

Pembroke 236 {P205rb}, Lyon 1518 {L p. 402b} Utrum fruitio possit manere in voluntate et non esse fruitio.

Et arguitur¹ quod non, quia hec est² predicatio essentialis ‘hec³ fruitio est fruitio’, ergo existente re que est fruitio non potest ista⁴ propositio esse falsa.

¶ Secundo⁵ sic: si fruitio posset manere et non esse fruitio, tunc iste⁶ propositiones forent⁷ compossibiles: ‘fruitio⁸ est in⁹ anima’ et ‘illa¹⁰ non est fruitio’. Consequens falsum, sicut patet.

¶ Ad oppositum arguitur sic: fruitio distinguitur a cognitione, ergo cognitio¹¹ potest destrui manente fruitione¹² vel re¹³ que¹⁴ est fruitio de potentia dei absoluta.

Quo posito, quero utrum¹⁵ talis creatura fruitur an¹⁶ non. Si non, habetur propositum, quod manet res que fuit¹⁷ fruitio et nunc non est fruitio. Si sic, ergo aliquis summe¹⁸ diligit aliquid incognitum. Consequens falsum et contra Augustinum 10^o *De trinitate*, ca^o 1¹⁹ et 2²⁰ in fine, ubi²¹ sic dicit: “Quod quisque prorsus ignorat amare nullo²² modo potest”ⁱ. Et²³ alibi: “Invisa diligere possumus²⁴, incognita nequaquam”ⁱⁱ.

¶ Secundo sic: nullus actus in voluntate est fruitio nisi sit elicited a voluntate, nec usus, ymmo nec aliqua²⁵ operatio voluntatis nisi eliciatur a voluntate vel conservetur a²⁶ voluntate; ergo Deus potest esse causa totalis conservationis²⁷ rei que est fruitio sine voluntate; ¶ ergo res illa

¹ et arguitur] *om.* P
² est predicatio] *tr.* L
³ hec] *om.* P
⁴ ista] illa P
⁵ secundo sic] quia L
⁶ iste] ille L
⁷ forent] essent L
⁸ fruitio] illa *add.* L
⁹ in anima] *om.* L
¹⁰ illa] *om.* L
¹¹ cognitio] fruitio L
¹² fruitione] cognitione L
¹³ re] res L
¹⁴ que] nunc *add.* L
¹⁵ utrum] aut P
¹⁶ an] aut P
¹⁷ fuit] est L
¹⁸ summe diligit] *tr.* L
¹⁹ 1 et] *om.* L
²⁰ 2] 7 L
²¹ ubi sic dicit] *om.* L
²² nullo modo] non P
²³ et alibi] *om.* P
²⁴ possumus] possum L
²⁵ aliqua] *om.* L
²⁶ a voluntate] *om.* L
²⁷ conservationis rei] conservans rem L

{P205va} potest esse²⁸ et manere in voluntate absque hoc quod sit fruitio, ergo fruitio potest manere et non esse²⁹ fruitio³⁰.

<DIVISIO QUESTIONIS>

¶ In ista questione duo fient. Primo volo inquirere utrum fruitio beatifica sit aliquo modo effective a voluntate fruente³¹. ¶ Secundo dicetur ad formam³² questionis³³.

<PRIMUS ARTICULUS>

<Opinio Ockhami>

¶ Quantum³⁴ ad primum est opinio Hochani³⁵ quod voluntas beati³⁶ non elicit actionem diligendi Deum quo beatificatur, set propter sui perfectionem³⁷ causatur a solo Deo. ¶ Et³⁸ hoc arguitur multipliciter.

Primo sic: quando sunt aliqua duo supernaturalia, quorum³⁹ unum est⁴⁰ perfectius et aliud imperfectius, si illud quod imperfectius est non possit causari⁴¹ nisi a solo Deo, nec⁴² illud quod perfectius est; set sic se habent habitus caritatis, lumen glorie et fruitio, quod fruitio inter ista est perfectius⁴³, et tamen illa⁴⁴ imperfectiora non possunt causari nisi a solo Deo⁴⁵ⁱⁱⁱ, sicut omnes concedunt; ergo etc⁴⁶.

¶ Secundo sic: potentia libere et contingenter agens⁴⁷ potest de sua potentia absoluta mediate vel immediate cessare ab actu suo; set voluntas respectu cuiuscumque⁴⁸ obiecti⁴⁹ libere et

²⁸ esse et manere] manere et esse L

²⁹ esse] est L

³⁰ Etc.] *add.* P

³¹ fruente] fruentis L

³² formam] *om.* L

³³ questionis] questionem L

³⁴ quantum ad primam] de primo L

³⁵ Hochani] *om.* L

³⁶ beati] *om.* L

³⁷ perfectionem] causatur *iter. sed exp.* P

³⁸ et] ad L

³⁹ quorum] *om.* L

⁴⁰ est] *om.* L

⁴¹ causari] creari L

⁴² nec] etL

⁴³ perfectius] perfectior L

⁴⁴ illa] ista L

⁴⁵ solo Deo] *tr.* L

⁴⁶ etc] *om.* L

⁴⁷ contingenter] agens *om.* P

⁴⁸ cuiuscumque] cuicumque P^{a.c.}

⁴⁹ obiecti] *om.* L

contingenter agit, ergo simpliciter⁵⁰ et⁵¹ absolute potest cessare ab actu suo⁵² respectu cuiuscumque⁵³ obiecti^{iv}; ergo voluntas posset⁵⁴ facere se⁵⁵ non beatam.

¶ Tertio sic: non minus repugnat voluntati beati⁵⁶ recipere actum voluntatis a solo Deo quam voluntati dampnati⁵⁷; set voluntas dampnati⁵⁸ non⁵⁹ habet⁶⁰ se active respectu actus⁶¹ sue voluntatis {L, p. 403a}, quia tunc posset⁶² se facere sine actu⁶³ illo, et per consequens sine tristitia^v, et sic⁶⁴ sine poena, quod est⁶⁵ falsum; ergo etc.

¶ Quarto sic: si fruitio produceretur effective a voluntate, tunc habens meliora naturalia stante influentia generali meliorem causaret fruitionem. Consequens falsum.

¶ Quinto sic⁶⁶: solus Deus habet reddere premium pro labore; set fruitio est premium pro labore; ergo etc.

¶ Sexto sic⁶⁷: Augustinus⁶⁸ 14⁶⁹ De trinitate, ca^o 15⁷⁰ de magnis et 35⁷¹ de parvis: “Iusticiam⁷², cum⁷³ homo conderetur⁷⁴, accepit, et peccando⁷⁵ utique perdidit. Accepit ergo⁷⁶ iustitiam propter⁷⁷ quam beatitudinem⁷⁸ accipere⁷⁹ mereatur^{80,vi}. Et parum ante: “Quid⁸¹ animam faciet beatam, nisi⁸² meritum suum et premium Domini sui?”^{vii}; ergo sicut solus Deus est causa

50	simpliciter] similiter	L	
51	et absolute] <i>om.</i>	L	
52	suo] <i>om.</i>	L	
53	cuiuscumque] cuicumque		P ^{a.c.}
54	posset] potest	L	
55	se] libere add	L	
56	beati] beate	L	
57	dampnati] dampnate	L	
58	dampnati] dampnata	L	
59	non] potest <i>add.</i>	L	
60	habet] habere	L	
61	actus] <i>om.</i>	L	
62	posset] potest	L	
63	actu illo] <i>tr.</i>	L	
64	sic sine] <i>om.</i>	L	
65	quod est] consequens	P	
66	sic] <i>om.</i>	L	
67	sic] <i>om.</i>	P	
68	Augustinus] <i>om.</i>	L	
69	14] 9	L	
70	15] 10	L	
71	35] 12	L	
72	iusticiam] tamen <i>add.</i>	L	
73	cum homo] <i>tr.</i>	L	
74	conderetur] creetur	L	
75	peccando] post casum	L	
76	ergo] igitur	L	
77	propter] <i>om.</i>	P	
78	beatitudinem] <i>om.</i>	P	
79	accipere] non <i>add.</i>	P	
80	mereatur] merebatur	P	
81	quid] qui	L	
82	nisi] accipit	L	

premi, ita solus Deus⁸³ est causa beatitudinis et fruitionis; ergo fruitio non est active⁸⁴ a voluntate^{85viii}.

<CONTRA OPINIONEM OCKHAMI>

¶¶ Set contra istam positionem⁸⁶ arguitur⁸⁷ primo sic: non minus perfecta est ymago in beato quam in viatore, set perfectior; set in ymagine⁸⁸ viatoris voluntas est causa sui amoris, quia anima est causa effectiva sue volitionis⁸⁹ secundum eum, ergo et⁹⁰ in patria; ergo sicut in ymagine viatoris est parens, proles et amor procedens de parente^{ix}, et notitia ita⁹¹ erit in patria; ergo⁹².

¶ Secundo sic: Augustinus⁹³ 1^o De civitate⁹⁴, ca⁹⁵, dicit sic: “Deus res quas condidit administrat, ut eas⁹⁶ proprios motus⁹⁷ habere sinat”^x. Ergo quanto⁹⁸ magis res est in statu perfectiori, tanto magis habere potest proprium motum; sed proprius motus voluntatis est dilectio^{xi}; ergo, cum in via in statu imperfectiori possit efficere proprium⁹⁹ motum, illum multo magis in patria.

¶¶ Tertio sic: quando voluntas vult aliquid, vult illud sub ratione boni; ergo quanto aliquid ostenditur voluntati sub ratione maioris boni, tanto magis potest voluntas¹⁰⁰ illud velle; ergo, si voluntas potest elicere dilectionem ad Deum cognitum sub ratione alicuius {P205vb} boni in via, multo magis hoc poterit circa eum clare cognitum in patria, quod est propositum^{xii}.

¶¶ Quarto sic: quicquid racionaliter agit ad augmentum gaudii in creatura¹⁰¹ rationali debet poni esse in beatitudine creature rationalis; set quod voluntas possit¹⁰² causare actum suum et non solum recipere videtur¹⁰³ magis esse¹⁰⁴ ad augmentum gaudii in creatura rationali; ergo hoc¹⁰⁵ debet ibi poni.

⁸³ Deus] *om.* P
⁸⁴ active] alia L
⁸⁵ voluntate] alia opinio *add.* L
⁸⁶ positionem] opinionem L
⁸⁷ arguitur primo] arguunt alii L
⁸⁸ ymagine viatoris] *tr.* L
⁸⁹ volitionis] volucionis P
⁹⁰ et] *om.* L
⁹¹ ita] illa L
⁹² ergo] etc. *add.* L
⁹³ Augustinus] *om.* P
⁹⁴ civitate] trinitate L
⁹⁵ capitulo dicit] *om.* L
⁹⁶ eas] eos P
⁹⁷ motus habere] *tr.* P
⁹⁸ quanto magis – motum sed] *om.* P
⁹⁹ proprium] partibiliter L
¹⁰⁰ voluntas] *om.* L
¹⁰¹ creatura] natura L
¹⁰² possit] potest L
¹⁰³ videtur] *om.* L
¹⁰⁴ esse ad augmentum gaudii] ad augmentum gaudii est L
¹⁰⁵ hoc debet] *tr.* L

¶ Quinto sic: Augustinus¹⁰⁶ 9¹⁰⁷ *De trinitate* libro¹⁰⁸, ca^o 30¹⁰⁹: “Liquide¹¹⁰ tenendum est quod omnis res quam cognoscimus congenerat¹¹¹ in nobis noticiam sui. Ab utroque enim noticia paritur, a cognoscente et cognito^{»xiii}, ergo quanto perfeccius cognoscit¹¹², tanto perfectius¹¹³ aliquid¹¹⁴ noticiam causare potest; ergo¹¹⁵ pari ratione, dilectionem.

¶ Sexto sic: perfectio caritatis vel fruitionis patrie¹¹⁶ non impedit quod¹¹⁷ beata virgo in via forte¹¹⁸ dilexit Deum {L, p. 403b} equali dilectione cum aliquo unus¹¹⁹ beato in patria; et¹²⁰ tamen ipsa suas dilectiones effective¹²¹ causavit; ergo¹²² etc.

¶ Septimo sic: nulla dilectio est meritoria que non elicitur a voluntate effective, quia talis non est in potestate libera voluntatis; set dilectio anime Christi qua dilexit¹²³ Deum super omnia fuit meritoria, ergo¹²⁴ fuit effective a voluntate; ergo nobilitas actus sui¹²⁵ seu perfectio non impedit quin possit causari¹²⁶ a voluntate. Et similiter illa¹²⁷ dilectio fuit fruitio, ergo etc.

¶ Octavo sic: ratio beati potest dictare quod Deo est fruendum, ergo voluntas potest conformiter velle non minus in patria quam in via; ergo potest elicere actum fruendi Deo, alioquin¹²⁸ voluntas non ageret conformiter rationi¹²⁹ sue recte; ergo etc.

<RESPONSIO AUCTORIS>

¶ In isto articulo apparet michi probabilius dicere secundo modo, scilicet¹³⁰ quod fruitio¹³¹ parcialiter¹³² causetur a voluntate beati, sicut in via. Unde notitia, voluntas¹³³ et obiectum sunt tres cause parciales fruitionis beatifice, alioquin non foret¹³⁴ actio immanens, ymmo transiens, quia hec

¹⁰⁶ Augustinus] *om.* L
¹⁰⁷ 9] *om.* P
¹⁰⁸ libro] *om.* L
¹⁰⁹ 30] 3 L
¹¹⁰ liquide] liquido P
¹¹¹ congenerat] aggenerat L
¹¹² cognoscit] cognoscitur L
¹¹³ perfectius] perfectiorem P
¹¹⁴ aliquid] *om.* P
¹¹⁵ ergo] et L
¹¹⁶ patrie] *om.* L
¹¹⁷ quod] quia L
¹¹⁸ forte dilexit Deum] dilexit Deum forte L
¹¹⁹ unus beato] nunc L
¹²⁰ et tamen] set cum P
¹²¹ effective] *om.* P
¹²² ergo etc.] *om.* L
¹²³ dilexit] qua dilexit *iter.* P
¹²⁴ ergo] et L
¹²⁵ sui seu] sine P
¹²⁶ causari] causare L
¹²⁷ illa] ista L
¹²⁸ alioquin] alias L
¹²⁹ rationi sue recte ergo etc.] *om.* L
¹³⁰ scilicet] dicendo L
¹³¹ fruitio] *om.* L
¹³² parcialiter] particulariter L
¹³³ voluntas et obiectum] obiectum voluntas L
¹³⁴ foret] esset L

est differentia inter actionem immanentem et transeuntem¹³⁵, sicut¹³⁶ patet 1^o Ethicorum et 9^o Metaphisice, quod “actio immanens manet in agente”. Ex quo videtur quod anima sit aliquo modo activa respectu cuiuslibet cognitionis sue et volitionis¹³⁷.

¶ Similiter nisi anima beata foret¹³⁸ habitura aliam operationem in¹³⁹ beatitudine inteligendo et volendo¹⁴⁰ illud obiectum quod est Deus, frustra crederet Ecclesia quod “anima indigeret lumine glorie ad fruendum Deo”^{xiv}. Unde ideo ponitur a doctoribus lumen glorie, ut anima fortificetur et iuvetur¹⁴¹ ad eliciendum operationem¹⁴² circa illud obiectum excellens circa quod in lumine nature¹⁴³ sue operari non posset.

¶ Si dicatur quod istud¹⁴⁴ est verum quod¹⁴⁵ anima beata vere fruitur Deo fruitione elicitam, illa¹⁴⁶ tamen non est beatifica, set una alia. Unde habet unam naturalem et aliam non¹⁴⁷ naturalem, set supernaturalem, que non est in sua potestate, set tantum passive recipit eam¹⁴⁸ a Deo, et illa¹⁴⁹ est beatifica. Istud¹⁵⁰ non apparet verum¹⁵¹, quia, si¹⁵² eque intense¹⁵³ diligeret per utramque¹⁵⁴, tunc altera superflueret. Nec est ymaginabile quod homo diligat duabus dilectionibus eque intense idem obiectum per eandem noticiam vel quod¹⁵⁵ remissius diligeret per elicitam quam per infusam. Et tunc est¹⁵⁶ verisimile quod illa remissior¹⁵⁷ sibi displiceret et similiter¹⁵⁸ frustra illam eliceret¹⁵⁹, ideo¹⁶⁰ etc.

<RESPONSIO AD OPINIONEM OCKHAMI>

¶ {P206ra} Ad rationes prime¹⁶¹ opinionis respondendum est.

¹³⁵ transeuntem] que vocatur actio *add.* P
¹³⁶ sicut] ut L
¹³⁷ volitionis] voluntas L; volutionis P
¹³⁸ foret] esset L
¹³⁹ in beatitudine] *om.* P
¹⁴⁰ volendo] videndo L
¹⁴¹ iuvetur] elevetur P
¹⁴² operationem] *om.* L
¹⁴³ nature sue] *tr.* L
¹⁴⁴ istud] illud L
¹⁴⁵ quod] quia L
¹⁴⁶ illa tamen] *tr.* L
¹⁴⁷ non naturalem set] *om.* L
¹⁴⁸ eam] *om.* L
¹⁴⁹ illa] ista L
¹⁵⁰ istud] illud L
¹⁵¹ verum] rationabile L
¹⁵² si] *om.* P
¹⁵³ intense] necessario se P
¹⁵⁴ utramque] et *add.* P
¹⁵⁵ quod] *om.* L
¹⁵⁶ est] *om.* L
¹⁵⁷ remissior] remissio L
¹⁵⁸ similiter] *om.* L
¹⁵⁹ eliceret] elliceret P
¹⁶⁰ ideo etc.] *om.* L
¹⁶¹ prime opinionis respondendum est] *om.* L

Ad primam¹⁶² dicendum est quod ideo¹⁶³ dicitur fruitio¹⁶⁴ talis ‘beatifica’, ‘supernaturalis’, quia homo non potest de¹⁶⁵ naturalibus ponere se in tali statu in quo eliciat talem¹⁶⁶ operationem habituatam¹⁶⁷ lumine glorie ex collatione divina et cognitione clara de Deo, tamen¹⁶⁸ anima¹⁶⁹ naturaliter potest Deum¹⁷⁰ diligere. Unde fruitio non est ita supernaturalis sicut caritas vel gratia vel lumen glorie; ymmo partim est naturalis et partim est supernaturalis, sicut¹⁷¹ si {L p. 404a} aliquis¹⁷² esset ex toto cecus et Deus illi miraculose conferret potentiam videndi, tunc visio¹⁷³ elicit foret¹⁷⁴ naturalis, licet¹⁷⁵ potentia visiva foret¹⁷⁶ supernaturalis, sic¹⁷⁷ ponendo quod caritas vel gratia sit partialis¹⁷⁸ causa actus meritorii, adhuc actus¹⁷⁹ ille non erit¹⁸⁰ supernaturalis, set¹⁸¹ partim naturalis et partim supernaturalis.

¶ Similiter ista¹⁸² consequentia non valet: ‘illud¹⁸³ quod est imperfectius causatur¹⁸⁴ a solo¹⁸⁵ Deo, ergo¹⁸⁶ <et> illud¹⁸⁷ quod perfectius est¹⁸⁸’. Homo enim¹⁸⁹ est perfectior effectus quam anima et quam gratia, que¹⁹⁰ sunt a solo Deo.

¶ Ad secundam¹⁹¹ negatur minor, quod¹⁹² voluntas creata respectu Dei clare visi non agit libere et indifferenter, set necessario diligit Deum clare visum sine aliqua ratione displicitantis¹⁹³ vel contristantis, set¹⁹⁴ summe bonum representatum. ¶ Similiter, dato quod voluntas quantum est

¹⁶² primam] primum L, quando dicitur etc. add. L

¹⁶³ ideo] inde L

¹⁶⁴ fruitio talis] tr. L

¹⁶⁵ de] suis L

¹⁶⁶ talem] illam L

¹⁶⁷ habituatam] tamen cum L

¹⁶⁸ tamen] om. L

¹⁶⁹ anima naturaliter potest] naturaliter potest anima L

¹⁷⁰ Deum] illud obiectum L

¹⁷¹ sicut] ut L, sicut iter. P

¹⁷² aliquis esset ex toto cecus] aliquis cecus esset totus L

¹⁷³ visio] om. P

¹⁷⁴ foret] esset L

¹⁷⁵ licet] sed L

¹⁷⁶ foret] esset L

¹⁷⁷ sic] ut L

¹⁷⁸ partialis causa] tr. L

¹⁷⁹ actus ille] tr. L

¹⁸⁰ erit] esset L

¹⁸¹ set partim naturalis et partim supernaturalis] mere L

¹⁸² ista] illa L

¹⁸³ illud quod est] om. L

¹⁸⁴ causatur] creatur L

¹⁸⁵ solo] om. L

¹⁸⁶ ergo] igitur L

¹⁸⁷ illud quod] et L

¹⁸⁸ est] quia L

¹⁸⁹ enim] non L

¹⁹⁰ que sunt a solo Deo] om. L

¹⁹¹ secundam] secundum L

¹⁹² quod] quia L

¹⁹³ displicitantis vel contristantis] penitentis vel tristantis L

¹⁹⁴ set summe bonum representatum] om. L

de se posset actum¹⁹⁵ fruendi libere dimittere, Deus tamen¹⁹⁶ sic agit¹⁹⁷ ad continuationem illius actus quod vult voluntatem¹⁹⁸ illum actum continuare. Unde concedi potest quod voluntas necessitatur a Deo ad illum actum habendum, non tamen cogitur, quia ille¹⁹⁹ actus est voluntati summe conveniens.

¶ Ad tertiam²⁰⁰, de voluntate dampnati <dico> quod voluntas dampnati aliquos²⁰¹ actus necessario²⁰² habet Deo sic volente, tamen²⁰³ illi actus non sunt a solo Deo, set a Deo et²⁰⁴ dampnato quoad²⁰⁵ actus tales Deus utitur²⁰⁶ voluntate creata sicut instrumento²⁰⁷ suo. Et ideo stante tali²⁰⁸ causalitate principalis agentis non est in potestate instrumenti²⁰⁹ cessare, tamen, quia non omnis volitio²¹⁰ potest causari stante quacumque notitia in intellectu vel²¹¹ absente quacumque notitia indifferenter, potest ergo dici quod Deus dampnato aliquam²¹² notitiam erroneam vel veram²¹³ continuat cum²¹⁴ qua non stat electio beate et ordinate volitionis²¹⁵, et sic dicuntur obtenebrati²¹⁶ in intellectu. Set de hoc forte super 2^{um} dicetur, quando agetur de obstinatione angelorum malorum^{xv}.

¶ Ad quartam²¹⁷ non est dubium quin, si Deus eque ageret²¹⁸ omnibus beatis, tunc habens meliora naturalia meliorem fruitionem eliceret, set quia Deus sic statuit quod reddit²¹⁹ premia secundum bonitatem moralem et valorem meritorum, non autem²²⁰ secundum bonitatem et valorem naturalem, ideo quibus²²¹ Deus²²² fortius agit²²³ et²²⁴ plus de lumine glorie tribuit bene²²⁵ possunt excellentius Deum diligere.

¹⁹⁵ actum fruendi] actu fruendo L

¹⁹⁶ tamen] autem L

¹⁹⁷ agit ad continuationem illius actus] ad continuationem istius actus agit L

¹⁹⁸ voluntatem illum] voluntas istum L

¹⁹⁹ ille actus] actus iste L

²⁰⁰ tertiam] tertium L

²⁰¹ aliquos] alios L

²⁰² necessario habet] *tr.* L

²⁰³ tamen illi actus non sunt a solo Deo] non tamen sunt illi actus a solo Deo L

²⁰⁴ et] a *add.* L

²⁰⁵ quoad] contra L

²⁰⁶ utitur] necessitat L

²⁰⁷ instrumento suo] suo ministro L

²⁰⁸ tali] *om.* L

²⁰⁹ instrumenti] istum L

²¹⁰ volitio] volutio P

²¹¹ vel] alias L

²¹² aliquam] aliam L

²¹³ veram] naturam L

²¹⁴ cum qua non] tamen L

²¹⁵ volitionis] volentis L; volutionis P

²¹⁶ obtenebrati] obtenebrari L

²¹⁷ quartam] quartum L

²¹⁸ ageret] coageret L

²¹⁹ reddit] correspondeant P

²²⁰ autem] *om.* P

²²¹ quibus] quibusdam L

²²² Deus] debilioris nature ut L

²²³ agit] agant L

²²⁴ et] *om.* L

²²⁵ bene] itaque L

¶¶ Ad quintam²²⁶ dicendum quod premium iustorum est ipsemet Deus et status ille²²⁷ in quo homo potest frui Deo et hoc habet homo nisi²²⁸ a solo Deo²²⁹, non a se²³⁰, ideo non sequitur quod aliquis posset beatificare²³¹ se. ¶ Vel²³² aliter posset dici quod sicut homo parcialiter iustificat se, quia secundum Augustinum “qui creavit te sine te, non iustificat te sine te”^{xvi}, ita etiam homo parcialiter iustificat se, ideo etc. {P206rb}

¶¶ Ad sextam²³³, de auctoritate Augustini dicendum quod non sequitur ‘accipit premium suum a Deo, ergo non elicit²³⁴ effective fruitionem’, quia illam²³⁵ fruitionem accipitur a Deo sicut a causa parciali et a se sicut a causa parciali. Unde sicut²³⁶ stant bene simul quod²³⁷ ipse sit causa parcialis iusticie sue, et²³⁸ tamen illam habet a Deo, ita correspondent²³⁹ erit in beatitudine, multa tamen sunt in beatitudine que non essent²⁴⁰ ab homine aliquomodo²⁴¹ effective, sicut lumen glorie et²⁴² dotes corporis et huiusmodi²⁴³.

<SECUNDUS ARTICULUS>

¶¶ {L p. 404b} Secundus articulus est dicere ad formam questionis. Et suppono²⁴⁴ hic aliquas²⁴⁵ propositiones.

Prima est quod fruitio est operatio mentalis²⁴⁶ et immanens in creatura intellectiva²⁴⁷. Et hec²⁴⁸ patet per mentem beati²⁴⁹ Augustini qui posuit fruitionem esse actum voluntatis cum²⁵⁰ dicit quod “frui est amore inherere alicui propter se”^{xvii}, et secundum Philosophum 1^o²⁵¹ et 10^o *Ethicorum* “felicitas consistit in operatione intellectuali”^{xviii}.

226	quintam] quintum	L
227	ille] iste	L
228	nisi] om.	L
229	Deo] et add.	L
230	se] et add.	L
231	beatificare se] tr.	L
232	vel aliter posset – ideo etc.] om.	L
233	sextam] sextum	L
234	elicit effective] tr.	L
235	illam fruitionem] fruitio	L
236	sicut] om.	L
237	quod] accipiunt premium suum a Deo et tamen quod add.	L
238	et tamen] tum	L
239	correspondenter] causaliter	L
240	essent] erunt	P
241	aliquomodo] non add.	L
242	et] om.	L
243	huiusmodi] huius	P
244	suppono] primo add.	L
245	aliquas] quatuor	L
246	mentalis] vitalis	P
247	intellectiva] intellectuali	L
248	hec] hoc	L
249	beati] om.	L
250	cum dicit – propter se] om.	L
251	1 ^o et] om	L

¶¶ Secunda propositio est²⁵² quod operatio intellectualis est una qualitas distincta a natura operante, sicut²⁵³ ostendetur infra, quando agetur de operatione intellectus. Et²⁵⁴ hec ad presens patet, quia²⁵⁵ secundum omnis²⁵⁶ anima recipit suas operationes intellectuales²⁵⁷, quia sunt immanentes, sicut patet 1^o *Etichorum*^{xix} et 9^o *Metaphisice*^{xx}; nihil autem recipit se; ergo operatio nature intellectualis distinguitur²⁵⁸ a natura operante, set non sicut substantia a substantia, ergo²⁵⁹ sicut qualitas a substantia.

¶ Item, secundum communiter loquentes natura intellectualis est causa sue dilectionis; nichil²⁶⁰ autem est causa suiipsius; ergo²⁶¹ etc.

¶¶ Tertia propositio est²⁶² quod nulla qualitas est operatio²⁶³ alicuius operantis nisi causetur ab ipso operante. Hec videtur rationabilis, quia idem²⁶⁴ est actualiter manum operari et habere operationem²⁶⁵, ergo non operatur nisi causando talem qualitatem, ergo non habet operationem nisi²⁶⁶ quando causat eam. Unde, si volitio²⁶⁷ fieret totaliter ab extrinseco, non plus video quod posset dici ista²⁶⁸ operatio mentis in qua esset quam lux posset dici operatio aeris vel calor in aqua operatio aque.

¶ Item, inter operationem immanentem et transeuntem²⁶⁹ nulla est differentia nisi quod una manet²⁷⁰ in suo efficiente et alia transit in passum distinctum ab efficiente; set impossibile est quod calor in²⁷¹ aqua dicatur calefactio ignis vel operatio eius²⁷² nisi causetur ab igne; ergo nec²⁷³ eadem ratione dicitur volitio immanens in agente, nisi ageretur²⁷⁴ ab eo cui dicitur immanere, nec poterit²⁷⁵ aliter eius operatio nuncupari²⁷⁶.

²⁵² est] *om.* P
²⁵³ sicut] ut L
²⁵⁴ et hec] ex hoc L
²⁵⁵ quia secundum] quod L
²⁵⁶ omnis anima recipit suas] anima omnes suas recipit L
²⁵⁷ intellectuales] *om.* L
²⁵⁸ distinguitur] differt L
²⁵⁹ ergo] set L
²⁶⁰ nichil autem] vel P
²⁶¹ ergo etc.] *om.* L
²⁶² est quod] *om.* P
²⁶³ operatio] causa L
²⁶⁴ idem est actualiter manum] illud est actu animam L
²⁶⁵ operationem] operationes L
²⁶⁶ nisi quando causat eam] *om.* L
²⁶⁷ volitio] volutio P
²⁶⁸ ista] illius L
²⁶⁹ transeuntem] transeutem P
²⁷⁰ manet] maneat L
²⁷¹ in] *om.* L
²⁷² eius] ignis L
²⁷³ nec eadem ratione dicitur volitio immanens] eadem ratione nec volutio dicitur manens P
²⁷⁴ ageretur] agatur L
²⁷⁵ poterit] *om.* L
²⁷⁶ nuncupari] nuncupatur L

¶ Quarta propositio²⁷⁷ est hec²⁷⁸: quod omnem rem causabilem potest²⁷⁹ Deus causare nulla²⁸⁰ creatura concausante et omnem effectum iam productum²⁸¹ conservare nulla creatura ad eius²⁸² conservationem coagente²⁸³. Hec propositio apud theologos est satis nota, alioquin²⁸⁴ sequitur quod non foret in Deo omnis sufficientia potestatis et omnipotentia.

¶ Similiter suppono quod substantia aliquam²⁸⁵ causalitatem habet effectivam super suum accidens et non sit mere in potentia contradictionis ad suam propriam passionem, quia tunc posset ignis carere calore²⁸⁶ suo et corvus nigredine et cygnus albedine, et sic de aliis; ergo pari ratione vino²⁸⁷ est dare²⁸⁸ saporem proprium causatum a substantia vini, quo carere non potest et esse vinum, quod²⁸⁹ dico pro tanto. Manifestum est enim²⁹⁰ quod in sacro altaris Deus conservat effectum creature, scilicet accidentia vini substantia transsubstantiata.

¶ Similiter Deus potest suspendere actionem potentie {L p. 405a} active creature²⁹¹ ne agat in passum sibi²⁹² approximatum, sicut {P206va} creditur fecisse de²⁹³ tribus pueris in camino ignis Dan. 3^{oxxi}, ergo, cum possit²⁹⁴ producere effectum ignis igne non coagente, poterit²⁹⁵ igne approximato causare calorem²⁹⁶ igne non²⁹⁷ concausante, et eadem ratione conservare effectum ab igne productum igne nichil²⁹⁸ conservante. ¶ Ex quo²⁹⁹ sequitur quod eadem res potest primo³⁰⁰ esse operatio ignis et postea manere sine hoc quod sit operatio ignis. Patet consequentia, quia, si ignis producat³⁰¹ calorem³⁰² in ligno per horam, verum est quod ignis³⁰³ ille et operatur et calefacit

²⁷⁷ propositio] *om.* L

²⁷⁸ hec quod] *om.* L

²⁷⁹ potest Deus] *tr.* L

²⁸⁰ nulla] ullam P

²⁸¹ productum] solus *add.* L; productum P

²⁸² eius] illam L

²⁸³ coagente] agente P

²⁸⁴ alioquin sequitur quod non foret in Deo omnis sufficientia potestatis et omnipotentia] quia alioquin non esset ibi omnis sufficientia potestatis et potentie ad faciendum miracula multa que visa sunt supra et que possibilia sunt L

²⁸⁵ aliquam causalitatem habet effectivam] habeat aliquam causalitatem effectivam L

²⁸⁶ calore suo] suo proprio calore L

²⁸⁷ vino] *om.* P

²⁸⁸ dare] aliquem *add.* L

²⁸⁹ quod dico pro tanto] quo posito L

²⁹⁰ enim quod in sacramento altaris Deus conservat effectum creature scilicet accidentia vini substantia transsubstantiata] quod Deus in sacramento altaris conservat effectum cause quia substantiam vini ipsa substantia destructa L

²⁹¹ creature] create L

²⁹² sibi] *om.* L

²⁹³ de tribus pueris in camino ignis] *om.* P

²⁹⁴ possit] potest L

²⁹⁵ poterit] potest L

²⁹⁶ calorem] sine *add.* L

²⁹⁷ non] *om.* L

²⁹⁸ nichil conservante] nec concausante L

²⁹⁹ quo] isto L

³⁰⁰ primo] *om.* L

³⁰¹ producat] producitur P

³⁰² calorem] *om.* P

³⁰³ ignis ille et] *om.* L

lignum; suppleat ergo³⁰⁴ Deus vicem ignis conservando illum³⁰⁵ calorem, tunc³⁰⁶ calor qui primo³⁰⁷ fuit operatio ignis³⁰⁸ iam³⁰⁹ manet et non est operatio ignis, et prius lignum³¹⁰ paciebatur ab igne et modo nichil patitur ab igne; et pari ratione potest Deus facere quod ignis iterum sit³¹¹ causa partialis conservans³¹² calorem quem produxit, et tunc est³¹³ calor iste³¹⁴ iterum operatio ignis. Et sic potest una qualitas infinites, si Deus voluerit, esse nunc operatio ignis et³¹⁵ nunc non esse³¹⁶ operatio eius, manens tamen omnino³¹⁷ eadem qualitas, quod³¹⁸ sequitur ex hoc quod ponitur ab omnibus simul quod Deus potest supplere³¹⁹ vicem in agendo cuiuscumque³²⁰ et suspendere pro libito suo actionem et causalitatem cuiuslibet³²¹ cause respectu sui effectus et manutenere effectum.

¶ Istis quatuor propositionibus³²² suppositis patet quid est dicendum ad titulum³²³ questionis. Nam ex prima propositione³²⁴ habetur quod fruitio est operatio fruientis; et ex secunda quod fruitio est una qualitas absolute³²⁵ distincta ab anima³²⁶ fruente; et ex tertia quod qualitas non est operatio cause³²⁷ nisi causetur³²⁸ effective ab operante; et ex quarta quod eadem qualitas potest³²⁹ una vice habere creaturam operantem pro causa partiali et alia vice Deum pro causa totali, et sic non est³³⁰ operatio creature postquam fuit operatio creature.

¶ Ideo³³¹ regula ista conceditur ad presens: quod fruitio potest manere in mente creature³³² sine hoc quod sit³³³ fruitio³³⁴ et res que fuit³³⁵ fruitio manebit in voluntate et nulla voluntas per

³⁰⁴ ergo] igitur L

³⁰⁵ illum] istum L

³⁰⁶ tunc] iste *add.* L

³⁰⁷ primo] prius L

³⁰⁸ ignis] *om.* L

³⁰⁹ iam manet et] manet et iam L

³¹⁰ lignum] *om.* L

³¹¹ sit] pari ratione sicut L

³¹² conservans] conservet L

³¹³ est] erit L

³¹⁴ iste] ille idem P

³¹⁵ et] *om.* L

³¹⁶ esse operatio eius] *om.* P

³¹⁷ omnino eadem qualitas] eadem qualitas omnino L

³¹⁸ quod sequitur ex hoc quod ponitur ab omnibus simul] relinquitur igitur L

³¹⁹ supplere] suplere P

³²⁰ cuiuscumque] *om.* L

³²¹ cuiuslibet] illius P

³²² propositionibus suppositis] *tr.* L

³²³ titulum] articulum L

³²⁴ propositione] *om.* P

³²⁵ absolute distincta] *tr.* L

³²⁶ anima fruente] illa fruitione L

³²⁷ cause] *om.* L

³²⁸ causetur] teneatur L

³²⁹ potest una vice] una vice potest L

³³⁰ est] esse P

³³¹ ideo regula] igitur secundum P

³³² creature] creata L

³³³ sit] sic L

³³⁴ fruitio et] *om.* L

³³⁵ fuit] est L

illam³³⁶ fruatur; et eodem modo res que est visio Dei manere³³⁷ posset in anima Christi vel in³³⁸ anima Petri anima non vidente Deum per illam³³⁹ rem que nunc est visio Dei³⁴⁰, cuius causa est quia illa res³⁴¹ non dicitur visio nisi quando est operatio creature³⁴², quod tunc non esset si solum modo esset conservata a Deo.

¶ Set contra ista³⁴³ arguitur primo sic: impossibile est esse transitum de contradictorio in contradictorium sine productione, vel corruptione alicuius rei, vel motu locali, vel lapsu temporis sic quod ille³⁴⁴ lapsus sit causa verificationis³⁴⁵ propositionis de novo. Set data ista³⁴⁶ positione sequitur³⁴⁷ quod hec propositio est falsa, ergo³⁴⁸ hec³⁴⁹ positio non est bona.

Quod autem data ista³⁵⁰ positione³⁵¹ falsificetur illa³⁵² regula, patet multipliciter³⁵³.

Primo³⁵⁴ quia idem ignis nunc³⁵⁵ calefaciens hoc lignum erit non calefaciens hoc lignum sine productione³⁵⁶ vel corruptione {L p. 405b} nove rei, quia nichil corrumpitur in ligno, quia idem calor manet qui prius fuit³⁵⁷, et omnia alia. Nec ignis est motus localiter nec lignum, set sunt penitus ubi³⁵⁸ prius. Nec lapsus temporis sufficit ad verificandum illa³⁵⁹ contradictoria successive manifestum est, quia non est maior ratio quod³⁶⁰ lapsus temporis esset sufficiens³⁶¹ {P206vb} causa veritatis istius ‘ignis calefacit hoc lignum’ quam cuiuscumque³⁶² alterius propositionis de toto mundo. Ergo relinquitur quod, si dicta positio sit vera, illa³⁶³ famosa propositio est falsa; vel

³³⁶ illam] istam rem L
³³⁷ manere posset] manifesta potest esse L
³³⁸ in anima] *om.* L
³³⁹ illam] istam L
³⁴⁰ Dei] *om.* L
³⁴¹ res] *om.* L
³⁴² creature quod tunc non esset si solum modo esset conservata a Deo] nec est operatio quando est totaliter a Deo L
³⁴³ ista] illud L
³⁴⁴ ille] iste L
³⁴⁵ verificationis] inferens L
³⁴⁶ ista positione] secunda propositione L
³⁴⁷ sequitur quod] *om.* L
³⁴⁸ ergo] igitur L
³⁴⁹ hec] illa L
³⁵⁰ ista] hac L
³⁵¹ positione] posita superius *add.* L
³⁵² illa] ista L
³⁵³ multipliciter] manifeste L
³⁵⁴ primo quia] quia possibile est quod L
³⁵⁵ nunc calefaciens hoc lignum erit non calefaciens] non calefacit hoc lignum et nunc non calefacit L
³⁵⁶ productione vel corruptione] corruptione vel productione L
³⁵⁷ fuit] *om.* P
³⁵⁸ ubi] ut L
³⁵⁹ illa] ista L
³⁶⁰ quod] quare L
³⁶¹ esset sufficiens causa veritatis istius] sufficeret quod L
³⁶² cuiuscumque alterius propositionis] quamcumque aliam propositionem L
³⁶³ illa] ista L

oportet redire ad antiquos respectus³⁶⁴ et dicere quod actio ignis corrumpitur in tali³⁶⁵ casu et quod est res alia a calore in igne et a³⁶⁶ calore in ligno, quod non³⁶⁷ est verisimile.

¶ Secundo³⁶⁸ patet idem de istis contradictoriis: ‘iste calor est calefactio’, ‘iste calor non est calefactio’; ‘istud³⁶⁹ lignum patitur ab igne’, ‘istud³⁷⁰ lignum non patitur ab³⁷¹ igne’; et sic de infinitis contradictoriis sequitur idem.

¶ Tertio³⁷² sequitur quod Deus potest facere de non-bono³⁷³ bonum et de bono³⁷⁴ non-bonum nullam rem adnichilando nec³⁷⁵ aliquam rem producendo, quod apparet³⁷⁶ manifestum inconueniens. Et³⁷⁷ consequentia patet, quia potest facere de³⁷⁸ vidente non-videntem et de non-vidente videntem et de fruente³⁷⁹ non-fruentem et econtra³⁸⁰ nullam rem³⁸¹ corrumpendo vel producendo, set solum per³⁸² hoc quod Deus facit³⁸³ se de causa totali causam³⁸⁴ parcialem et de³⁸⁵ causa parcialem causam totalem et suspendit³⁸⁶ actionem creature et reddit³⁸⁷ ei actionem suam quando³⁸⁸ placet.

¶ Ad primum istorum dico³⁸⁹, sine assertionem³⁹⁰ tamen, quod illa regula est falsa³⁹¹ si intelligatur generaliter³⁹² de quocumque transitu a contradictorio in contradictorium, a quacumque causa fiat. Si vero intelligatur stricte de transitu naturali et per causas creatas agentes sine miraculo, propositio est vera. Unde dico quod virtute divina potest fieri transitus a³⁹³ verificatione unius contradictorii³⁹⁴ ad verificationem³⁹⁵ alterius sine aliquo illorum³⁹⁶ quarto superius positorum,

³⁶⁴ respectus] reales L
³⁶⁵ tali casu] *tr.* L
³⁶⁶ a] *om.* P
³⁶⁷ non] *om.* L
³⁶⁸ secundo patet idem] patet illud L
³⁶⁹ istud] illud L
³⁷⁰ istud] illud L
³⁷¹ ab igne] *om.* L
³⁷² tertio] secundo L
³⁷³ non-bono bonum] non-beatum beatum L
³⁷⁴ bono non-bonum] beato non-beatum L
³⁷⁵ nec aliqua] vel nullam L
³⁷⁶ apparet manifestum] videtur magnum L
³⁷⁷ et] *om.* L
³⁷⁸ de vidente non-videntem et] *om.* L
³⁷⁹ frunete non-fruentem] non-fruente fruentem L
³⁸⁰ econtra] econtrario L
³⁸¹ rem] adnichilando *add.* L
³⁸² per] *om.* L
³⁸³ facit se] *tr.* L
³⁸⁴ causam] *om.* L
³⁸⁵ de causa parcialem causam totalem] econtrario L
³⁸⁶ suspendit] suspendat L
³⁸⁷ reddit] reddat L
³⁸⁸ quando placet] consequens patet L
³⁸⁹ dico] dicendum L
³⁹⁰ assertionem] concedendo *add.* L
³⁹¹ falsa] quam dicit etiam *add.* L
³⁹² generaliter] *om.* L
³⁹³ a] de L
³⁹⁴ contradictorii] *om.* P
³⁹⁵ verificationem] veritatem L
³⁹⁶ illorum quarto] istorum L

videlicet productione³⁹⁷, corruptione, motu locali, et lapsu temporis in duobus casibus, ut videtur. Unus est de unione ypostatica³⁹⁸ ad quamcumque naturam creatam³⁹⁹. Unde Deus posset facere transitum a contradictorio⁴⁰⁰ in contradictorium, scilicet ‘Deus <est> lignum’ ‘Deus non est lignum’, et sic de quacumque natura⁴⁰¹ nullam rem corrumpendo, vel producendo, vel localiter⁴⁰² transmutando, nec lapsu temporis, quia⁴⁰³ manifestum est⁴⁰⁴ quod Verbum posset⁴⁰⁵ dimittere humanitatem, et tunc⁴⁰⁶ illa natura nulla re deperdita vel de novo adveniente fieret homo; et posset⁴⁰⁷ denuo reuniri⁴⁰⁸ et fieret non-homo. Et ita⁴⁰⁹ verificarentur multa contradictoria sine hoc quod aliquod illorum quarto foret⁴¹⁰ in causa. ¶ Alius casus est quando Deus de agente totali sit agens⁴¹¹ parziale vel econtra⁴¹², sicut superius⁴¹³ fuit diffuse exemplificatum.

¶ Ad secundum et⁴¹⁴ tertium consimiliter⁴¹⁵ est dicendum concedendo conclusiones, quia argumenta {L p. 406a} concludunt verum.

¶ Set contra ista⁴¹⁶ est argumentum⁴¹⁷ Achilles tenentium⁴¹⁸ actionem et passionem esse res distinctas ab agente et paciente et omnibus rebus absolutis, et⁴¹⁹ arguitur sic: quandocumque aliqua⁴²⁰ propositio infertur⁴²¹ pro rebus et illis⁴²² rebus existentibus manet propositio falsa, oportet ponere aliquam⁴²³ aliam rem ad hoc quod illa⁴²⁴ propositio sit vera. Set ista propositio ‘ignis calefacit hoc⁴²⁵ lignum’ denotatur⁴²⁶ verificari pro rebus, et⁴²⁷ posito quod ignis sit debite

³⁹⁷ productione corruptione motu locali et lapsu temporis] corruptione et productione etc. saltem L

³⁹⁸ ypostatica] composita L

³⁹⁹ creatam] totam L

⁴⁰⁰ a contradictorio in contradictorium scilicet Deus lignum Deus non est lignum] scilicet a contradictorio isto Deus non est lignum ad contradictorium Deus est lignum L

⁴⁰¹ natura] alia causa L

⁴⁰² localiter transmutando] *tr.* L

⁴⁰³ quia] facit hoc L

⁴⁰⁴ est] assumptum probatur per scholam communem negantem respectus *add.* L

⁴⁰⁵ posset] potest L

⁴⁰⁶ tunc illa natura] *om.* L

⁴⁰⁷ posset] *om.* L

⁴⁰⁸ reuniri et fieret] remutari et fieri L

⁴⁰⁹ ita verificarentur] sic verificantur L

⁴¹⁰ foret] esset L

⁴¹¹ agens] *om.* L

⁴¹² econtra] de parziali agens totale L

⁴¹³ superius fuit diffuse exemplificatum] exemplificatum est L

⁴¹⁴ et tertium] *om.* L

⁴¹⁵ consimiliter est dicendum] dicendum consimiliter L

⁴¹⁶ ista] illud L

⁴¹⁷ argumentum] quod *add.* L

⁴¹⁸ tenentium] creditur L

⁴¹⁹ et] *om.* L

⁴²⁰ aliqua] *om.* L

⁴²¹ infertur] verificatur L

⁴²² illis] duabus L

⁴²³ aliquam] *om.* L

⁴²⁴ illa] *om.* L

⁴²⁵ hoc] *om.* L

⁴²⁶ denotatur verificari] infertur L

⁴²⁷ et] *om.* L

approximatus et⁴²⁸ lignum dispositum⁴²⁹ ad patiendum⁴³⁰ verificatur ista ‘ignis calefacit’. Ergo oportet ponere rem⁴³¹ aliam qua posita hec denotatur⁴³² vera ‘ignis calefacit’; set⁴³³ illa res non potest poni alia res quam ipsamet actio; ergo etc.

¶ Ad istud⁴³⁴ argumentum quod multum movet potest dici negando assumptum, quod est fundamentum {P207ra} totius positionis. Et probo quod est falsum⁴³⁵ ubicumque aliqua⁴³⁶ propositio solum⁴³⁷ verificatur per motum localem, sicut hec⁴³⁸: ‘Socrates quiescit’⁴³⁹, ‘Socrates non quiescit’, ‘Socrates est in domo’, ‘Socrates non est in domo’, ‘lapis’⁴⁴⁰ descendit’, ‘lapis non descendit’. Similiter ubicumque alia propositio solum⁴⁴¹ verificatur per lapsum temporis, sicut hec⁴⁴²: ‘iste’⁴⁴³ lapis iacuit hic per triennium’⁴⁴⁴, ‘isti debetur unus denarius’⁴⁴⁵, ‘promittat Socrates Platoni, si vixerit cras, hora prima quod dabit sibi Deum’⁴⁴⁶; et in talibus casibus infinitis. Similiter de⁴⁴⁷ talibus ‘hec natura’⁴⁴⁸ est unita Verbo’, et⁴⁴⁹ huiusmodi. ¶ Similiter⁴⁵⁰ propositiones multe non verificantur solum pro rebus pro quibus termini sincategorematici supponunt, qui ponuntur in propositionibus, set quia sic⁴⁵¹ est de illis rebus sicut per⁴⁵² conceptus sincategorematicos positos vel⁴⁵³ inclusos in propositionibus denotatur, et econverso. Unde, si omnes res sint⁴⁵⁴, pro quibus propositio denotatur⁴⁵⁵ verificari, si non sit ita sicut⁴⁵⁶ per sincategoremata posita vel inclusa in propositione denotatur⁴⁵⁷, illa propositio devenit⁴⁵⁸ falsa que prius fuit vera. Et ideo in ista propositione ‘ignis calefacit lignum’ non solum ponuntur termini categorematici sicut ‘ignis’ et

⁴²⁸ et] adL

⁴²⁹ dispositum] et ipsum bene positum L

⁴³⁰ patiendum] non *add.* P

⁴³¹ rem aliam] actionem reservatam L

⁴³² denotatur] devenit L

⁴³³ set illa res non potest poni alia res quam ipsamet actio, ergo etc.] *om.* L

⁴³⁴ istud] illud L

⁴³⁵ falsum] nam *add.* P

⁴³⁶ aliqua] *om.* L

⁴³⁷ solum verificatur per motum] infertur de novo per solum L

⁴³⁸ hec] hic L

⁴³⁹ quiescit] vel *add.* P

⁴⁴⁰ lapis descendit lapis non descendit] et similes L

⁴⁴¹ solum verificatur] infertur L

⁴⁴² hec] hic L

⁴⁴³ iste] ille L

⁴⁴⁴ triennium] ille lapis non iacuit per triennium *add.* L

⁴⁴⁵ denarius] isti non debetur unus denarius *add.* L

⁴⁴⁶ Deum] unum denarium L

⁴⁴⁷ de talibus] in istis L

⁴⁴⁸ natura] non *add.* L

⁴⁴⁹ et huiusmodi] hec natura non est unita verbo L

⁴⁵⁰ similiter] undeL

⁴⁵¹ sic] hec L

⁴⁵² per] terminos seu *add.* L

⁴⁵³ vel inclusos] *om.* L

⁴⁵⁴ sint] sunt P

⁴⁵⁵ denotatur] dicitur L

⁴⁵⁶ sicut] tunc res illa L

⁴⁵⁷ denotatur] quod *add.* L

⁴⁵⁸ devenit] est L

‘lignum’, set etiam⁴⁵⁹ ponitur unum verbum, cuius diffinitio exprimens quid⁴⁶⁰ importatur per nomen quod⁴⁶¹ continet terminos sincategorematicos, quia istud⁴⁶² verbum ‘calefacit’ vel⁴⁶³ ‘calefacere’ importat calorem esse ab aliquo quod dicitur ‘calefacere’. Et ideo dato⁴⁶⁴ quod⁴⁶⁵ ignis sit et lignum⁴⁶⁶, et etiam calor sit, dummodo⁴⁶⁷ tamen non sit ita quod calor sit ab igne, non est hec vera ‘ignis calefacit’. Set potest fieri vera a⁴⁶⁸ solo Deo sine cuiuscumque nove⁴⁶⁹ rei productione si ignis⁴⁷⁰ fuerit imperatus⁴⁷¹ ab agendo ab ipso solo⁴⁷² Deo per hoc solum quod Deus ignem motum suum naturalem excercere⁴⁷³ non permittit, set⁴⁷⁴ ipse suppleat. Set de istis non plus ad presens ne in inmensum questio protrahatur.

<RESPONSIO AD ARGUMENTA PRINCIPALIA>

¶ Ad rationes ad⁴⁷⁵ oppositum questionis gratia disputationis respondeo.

¶ Ad primam⁴⁷⁶, quando accipitur⁴⁷⁷ quod ‘hec est predicatio essentialis et⁴⁷⁸ per se ‘hec fruitio est fruitio’’, {L. p. 406b} dicendum est⁴⁷⁹ quod hec est contingens, et per consequens non est⁴⁸⁰ per se stricte loquendo de propositione per se, nam per⁴⁸¹ Aristotelem “que per se insunt, de⁴⁸² necessitate insunt”, sicut hec est contingens ‘creatio est creatio’. Unde⁴⁸³ ista consequentia non valet etc⁴⁸⁴. Nam⁴⁸⁵ hec propositio ‘fruitio⁴⁸⁶ potest esse quando non erit fruitio’ non debet sic

459	etiam] <i>om.</i>	L	
460	quid] qui	L	
461	quod] <i>om.</i>	P	
462	istud] illud	L	
463	vel calefacere] <i>om.</i>	L	
464	dato] dico	L	
465	quod] licet <i>add.</i>	L	
466	lignum et etiam calor sit] lignum sit et calor		L
467	dummodo] dum	P	
468	a solo Deo] a Deo tamen solo	L	
469	nove rei] rei non	L	
470	ignis] autem <i>add.</i>	L	
471	imperatus] impeditus	L	
472	solo] <i>om.</i>	L	
473	excercere non premitit] permittat excercere		L
474	set ipse suppleat – quo protrahatur] <i>om.</i>	L	
475	ad oppositum questionis gratia disputationis respondeo] <i>om.</i>		L
476	primam] primum	L	
477	accipitur] dicitur	L	
478	et per se hec] <i>om.</i>	L	
479	est] <i>om.</i>	L	
480	est] <i>om.</i>	L	
481	per] <i>om.</i>	P	
482	de necessitate] necessario	L	
483	unde ista consequentia non valet etc.] non ergo valet		L
484	etc.] <i>om.</i>	L	
485	nam hec] unde illa	L	
486	fruitio] <i>om.</i>	P	

poni: ‘inesse fruitio est et non⁴⁸⁷ est fruitio’, set sic: ‘hec res’ demonstrata re que est⁴⁸⁸ ‘fruitio fuit⁴⁸⁹ et hec res non est fruitio’. Unde illa consequentia non valet⁴⁹⁰.

⁴⁸⁷ non est fruitio] fruitio non est L

⁴⁸⁸ est] fuit L

⁴⁸⁹ fuit] est L

⁴⁹⁰ valet] etc. *add.*P

-
- ⁱ Augustinum – potest] AUG., *Trin.* 10, 1, 1 (pp. 314, 110-315, 131).
- ⁱⁱ invisā – nequaquam] locus non inventus, sed vide AUG., *Trin.* 10, 1, 3 (p. 312, 29-30).
- ⁱⁱⁱ quando sunt – possunt causari nisi a solo Deo] GUILL. OCKHAM, *In I Sent. Ord.*, d. 1, q. 2 (pp. 398, 21-399, 5).
- ^{iv} potentia libere – obiecti] GUILL. OCKHAM, *In I Sent. Ord.*, d. 1, q. 2 (p. 399, 6-15).
- ^v non minus – tristitia] GUILL. OCKHAM, *In I Sent. Ord.*, d. 1, q. 2 (p. 399, 16-21).
- ^{vi} Augustinus – mereatur] AUG., *Trin.* 14, 15, 21 (p. 449, 10-13).
- ^{vii} quid – sui] AUG., *Trin.* 14, 15, 21 (p. 449, 5-7).
- ^{viii} si fruitio produceretur – a voluntate] locus non inventus apud Ockham, sed vide JOH. RODING., *In Sent.* 1, d. 1, q. 5, f. 42va.
- ^{ix} non minus – de parente] locus non inventus apud Ockham, sed vide JOH. RODING., *In Sent.* 1, d. 1, q. 5, f. 42rb.
- ^x Augustinus – sinat] AUG., *Civ.* 7, 30 (p. 212, 38-39).
- ^{xi} Augustinus – dilectio] locus non inventus apud Ockham, sed vide JOH. RODING., *In Sent.* 1, d. 1, q. 5, f. 42rb.
- ^{xii} quando voluntas – propositum] locus non inventus apud Ockham, sed vide JOH. RODING., *In Sent.* 1, d. 1, q. 5, f. 42rb.
- ^{xiii} Augustinus – cognito] AUG., *Trin.* 9, 12, 18 (p. 309, 28-31).
- ^{xiv} anima – Deo] *Enchir.* § 895 (p. 481).
- ^{xv} super 2 – malorum] ROB. HOLC., *In Sent.* 2, q. 4 (pp. 313b-340b).
- ^{xvi} Augustinum – sine te] AUG., *Serm. De Script.*, 169, 13 (p. 923a).
- ^{xvii} Augustini – propter se] AUG., *De doct. Christ.* 1, 4, 4 (p. 8, 1-2).
- ^{xviii} Philosophum – intellectuali] ARIST. LAT., *Eth. Nic.* 10, 8, 7 (p. 576, 10-16).
- ^{xix} 1 Ethicorum] ARIST. LAT., *Eth. Nic.* 1, 8, 98b15-19.
- ^{xx} 9 Metaphisice] ARIST. LAT., *Metaph.* 9, 2, 1046a36-1046b28.
- ^{xxi} tribus – ignis] Dan. 3, 49-50.